



INSTITUTIONVM SEV ELE-  
mentorum D. Iustiniani, sacratis-  
simi Imperatoris

LIBER IV.

TIT. I.

DE OBLIGATIONIBUS, QUÆ  
ex delicto nascuntur.

De Reb. sect. 3. cap. 5. memb. 1.

Partes huius tituli sunt VI.

I. Continuatio.

CVM sit expositum superiore libro de obli-  
gationibus ex contractu, & quasi ex contra-  
ctu: sequitur, ut de obligationibus ex malefi-  
cio, & quasi ex maleficio dispiciamus. Sed illæ  
quidem (ut suo loco a) §. ult. supr. de obligat.  
tradidimus) in quatuor genera dividuntur.  
Hæ verò unius generis sunt. Nam omnes ex re  
nascuntur, id est ex ipso maleficio b, veluti ex  
furto, rapinâ, damno, b) seu ipso actu, quo ma-  
injuriam. leficio[m] perpetratur: adeo  
ut etiam injuria, qua verbis

vel scripturâ fit. §. r. infr. de injur. rectè dicatur re fieri: nec  
injuriarum obligatio vel actio nascatur, nisi reverà, et  
ipso actu, non solâ voluntate, injuria facta proponatur. Et  
in summa seu genere injuria non interest, utrum re (in spe-  
cie loquendo) an verbis, an literis sit facta. Observandum  
autem, quod si quidem dolus seu malitiosum propositum  
delinquent-